rialem, saltem respectu aliquorum accidentium; et quia non sunt pura potentia, possunt habere rationem aliquam efficiendi et multo magis finalizandi. E contrario vero materia prima, cum causalitatem materiale[m] exercere possit, tamen quia est pura potentia, nec causalitatem formalem nec proprie effectivam participat; tamen, quia non est ita pura potentia quin aliquam entitatem et actualitatem habeat, aliquam causalitatem finale[m] habere potest, ratione cuius anima appetit corpus suum et quaelibet forma[m] materiam. At vero forma substantialis, cum causalitatem formalem, efficientem et finale[m] exercere possit, non tamen materiale[m] substantialem (ut sic dicam), quia non est potentia passiva in genere substantiae. Respectu vero accidentium potest interdum exercere hanc causalitatem, quod proprie convenit formae subsistenti, nam illa forma quae ob imperfectionem suam ex se subsistere non potest, neque etiam est potens per seipsam ad sustentanda accidentia. Et ad hunc modum facile discurri potest per entitates accidentales, quatenus praedictas causandi rationes participare possunt.

12. At vero, si hae causae comparentur ad unum et eundem effectum, nonnulla maior difficultas est. Et quidem in quibusdam est clara repugnantia, in aliis vero e contrario est manifesta possibilitas, in quibusdam autem res est controversa et dubia. Itaque eandem rem in ordine ad idem simul esse causam materiale[m] et formalem plane repugnat, quia hae causalitates requirunt conditiones formaliter oppositas, quales sunt esse in potentia et in actu formali; unde si sit sermo de propria forma substantiali, semper requirit distinctionem reale[m] a sua causa materiali, et idem est in forma accidentali quae suam propriam habeat entitatem. Quia vero sunt aliquae accidentales quae tantum sunt modi substantiae, ut praesentia localis, vel si quid aliud est huiusmodi, in illis, sicut ratio formae est imperfecta, ita sufficit distinctio modalis. Semper tamen necesse est ut formalis et materialis causa respectu eiusdem compositi distinguantur realiter vel ex natura rei. Deinde etiam constat formalem et efficientem causam non posse in eadem re coniungi respectu eiusdem effectus; quia forma exercet causalitatem formalem in eo in quo est,

65R some nature of efficient-causing and much more of final-causing. But, conversely, first matter, while it can exercise material causality, nevertheless, because it is pure potency, participates neither in formal causality nor properly in effective [causality]. Still, since it is not so pure a potency that it does not have some entity and actuality, it can have some final causality, for which reason the soul desires its body and any form its matter. But substantial form, on the other hand, while it can exercise formal, efficient, and final causality, nevertheless [cannot exercise] substantial material [causality]—if I may speak in this way—since it is not a passive potency in the genus of substance. But it can sometimes exercise this causality with respect to accidents, which properly is appropriate to a subsistent form, for this form which cannot subsist by itself on account of its imperfection also is not able *per seipsam* to sustain accidents. And in this way one can easily run through the accidental entities to the extent that the mentioned natures of causing can participate.

12. But on the other hand, if these causes are compared to one and the same effect, there is a considerably greater difficulty. And indeed in some things there is a clear repugnance, but in others it is, conversely, an obvious possibility, while in certain things the matter is controversial and doubtful. And so the same thing being at the same time the material and formal [cause] in relation to the same thing is plainly repugnant, since these causalities require formally opposite conditions, which are to be in formal potency and in formal act. Hence, if the discussion is about the proper substantial form, it always requires a real distinction from its material cause. The same is true in the case of an accidental form that has its own entity. But since there are some accidental [forms] which are only modes of substance (present place, for example), or if something else is of this sort, in these things a modal distinction suffices just as the nature of the form is imperfect. Nevertheless, it is always necessary that the formal and material causes with respect to the same composite be really or by the nature of the thing distinguished. Furthermore, it is also evident that the formal and efficient causes cannot be conjoined in the same thing with respect to the same effect, since the form exercises formal causality in that in which it is, but the efficient [cause] with respect

Respectu eiusdem eadem res formae et materiae munera subire nequit.

Forma et efficiens respectu eiusdem in idem coincidere non possunt.

The same thing cannot be placed into the roles of form and matter with respect to the same [effects].

The form and efficient [cause] cannot coincide in the same thing with respect to the same [effect].

efficientem vero respectu alterius formae, vel compositi, et
 105 ideo forma ut informans, vel supponitur ad actionem ut prin-
 cipium agendi, vel consequitur ut effectus seu terminus for- 100R
 malis actionis; et ideo fieri non potest ut causalitas formalis
 et effectiva eidem formae conveniant respectu eiusdem, nam
 includunt habitudines repugnantes.

Forma cum fine
 an possit in
 eadem
 entitatem
 confluere.

110 13. Rursus etiam est clarum finalem et formalem causal-
 itatem quodammodo convenire posse in eadem formam re-
 spectu eiusdem, quodammodo autem non posse. Si enim 105R
 comparentur ad idem subiectum vel suppositum, optime pos-
 sunt in eadem rem convenire; eadem enim forma et est finis
 115 materiae et eam informat, eademque visio beata est forma in-
 tellectus et finis ac beatitudo eius. Et ratio est quia ipsamet
 forma, ut informans, et informatio eius est bonum ac perfec- 110R
 tio subiecti quod informat; et ideo potest ad illud comparari
 simul in ratione formae et finis. At vero, si comparatio fiat
 120 ad ipsum compositum quod per formam constituitur, sic non
 potest eadem esse forma et finis respectu eiusdem, quia non
 est forma finis compositi, sed potius forma est propter com- 115R
 positum ut propter finem suum. Quod si comparentur ad
 actionem seu generationem, etiam respectu illius eadem est
 125 forma et finis. Quo sensu videtur dixisse Aristoteles, infra ci-
 tandus, finem et formam coincidere in eadem rem numero;
 sub eo tamen respectu, licet forma proprie sit finis generatio- 120R
 nis, non tamen proprie est causa formalis eius, sed tantum
 principium, ut sectione praecedenti dicebam.

An coniungantur
 in eodem
 efficiens et finis.

130 14. Praeterea eadem fere proportione loquendum est
 de fine et efficiente; nam secundum quamdam rationem fi- 125R
 nis convenire possunt eidem rei, non vero secundum aliam.
 Duplex enim finis, ut infra videbimus, distingui solet, scilicet,
 135 finis cuius gratia actio fit, vel cui seu in cuius gratiam
 et commodum fit; ut in curatione, finis cuius gratia est sanitas;
 cui vero, est ipse homo cui sanitas procuratur. Prior ergo 130R
 finis non potest esse eadem res cum causa efficiente quia est
 effectus eius; posterior autem finis optime potest esse eadem
 res cum causa efficiente: nam saepe efficiens operatur propter
 140 seipsum; et hoc modo Deus est simul primum efficiens et ul-

to another form or composite. And therefore the form as informing ei-
 ther is supposed for the action as a principle of acting or follows as the
 formal effect or *terminus* of the action. And therefore it cannot happen
 that the formal and effective causalities of the same form come together
 with respect to the same [effect] for they include repugnant habitudes.

13. On the other hand, it is also clear that final and formal causality
 can come together in the same form with respect to the same [effect] in
 some way but cannot in another way. For if they are compared according
 to the same subject or suppositum, they can best come together in the
 same thing. For the same form both is the end of the matter and informs
 it and the same beatific vision is the form of the intellect and its end and
 happiness. And the reason is that the very form itself, as informing, and
 its information is the good and perfection of the subject that it informs
 and therefore it can be compared in that at the same time in the nature
 of form and end. But, on the other hand, if the comparison happens
 according to the very composite that is constituted through the form,
 in this way the form and the end cannot be the same thing with respect
 to the same [effect], since the form is not the end of the composite but
 rather the form is for the sake of the composite as for the same of its end.
 If they are compared according to action or generation, the form and the
 end are also the same with respect to these. This seems to be the sense
 in which Aristotle said, to be cited below, that the end and the form
 coincide in the same thing in number. Under that, nevertheless, with
 respect [to the same effect], although the form properly is the end of
 generation, it is not, nevertheless its formal cause but only its principle,
 as I said in the preceding section.

14. Furthermore, one should speak in almost the same proportion
 about the end and the efficient cause. For with respect to a certain kind
 of end they can come together in the same thing but not with respect
 to another. For two kinds of ends are usually distinguished, as we will
 see below, namely, between a *finis cuius* for the sake of which an action
 is done and a *finis cui*, i.e., the end for whom or for whose sake and
 advantage it is done. For example, in healing the *finis cuius* is health but
 the *finis cui* is the very human being for whom the health is procured.
 Therefore, the former end cannot be the same thing with the efficient
 cause since it is the effect of the latter. But the latter end can best be the
 same thing with the efficient cause, for the efficient cause often acts for

Whether the
 form can come
 together with the
 end in the same
 entity.

Whether the
 efficient cause
 and end are
 conjoined in the
 same thing.

Aristot.	<p>timus finis suorum operum. Et iuxta haec intelligitur facile vulgare dictum Aristoteles, II Phys., c. 7: <i>Finis et forma co-</i> <i>incidunt in idem numero; finis autem et efficiens in idem non</i> <i>numero, sed specie;</i> loquitur enim de fine cuius gratia, seu qui per actionem formaliter intenditur et fit; de quo iam diximus distingui ab agente tamquam effectum eius, et ideo non posse esse idem numero cum illo. Quod vero sit idem specie, con- tingit in agentibus univocis, non in omnibus, ut ipsemet Aris- toteles indicavit. Quomodo autem causa formalis et finalis in eamdem rem numero coniungi possint, iam declaratum est. Addo vero etiam posse aliquam rationem finis in eadem numero rem cum causa materiali coniungi; nam subiectum accidentium et est causa materialis eorum et finis; ut enim dicebam, finis proximus sanitatis procurandae est homo, et inter alios fines forma inducitur in materiam propter ipsam materiam conservandam; nam, quia ratio finis fundatur in bonitate, quae transcendentalis est et in omni entitate ex parte reperitur, ideo coniungi potest aliqua ratio finis cum qualibet alia causa.</p>	<p>135R 140R 145R 150R 155R</p>	<p>its own sake. And in this way God is simultaneously the first efficient cause and ultimate end of his actions. And the common statement of Aristotle in <i>Phys.</i> II, c. 7, is easily understood in accordance with this: ‘The end and form coincide in the same thing in number, but the end and efficient cause in the same thing not in number but not in species’. For he is speaking about the <i>finis cuius</i> or the end which is formally intended and made through the action. We already said concerning it that it is distinguished from the agent as it is the effect of the latter and therefore cannot be the same in number with it. But the fact that it is the same in species happens in univocal species but not in all species, as Aristotle himself indicated. But in what way the formal cause and the final cause could be conjoined in the same thing in number was already shown. But I add also that some nature of the end can be conjoined in the same thing in number with the material cause, for the subject of accidents is both the material cause and end of them. For, as I was saying, the proximate end of health to be procured is the human being and among other ends the form is introduced in matter for the sake of the very matter to be conserved. For, since the nature of the end is founded in goodness, which is a transcendental property and which is found in part in every entity. Therefore, some nature of the end can be conjoined with any other cause whatever.</p>	Aristotle.
<p>An materia rationem aliquam finis in sua entitate patiatur.</p>	<p>15. Solum supererat comparanda causa efficiens cum materiali, an possit utraque ratio coniungi in eadem re re- spectu eiusdem effectus. Et quidem loquendo de causa ma- teriali substantiarum naturalium, certum est non posse ma- terialem et efficientem causam coniungi in eadem re in or- dine ad talem effectum, quia materia non potest esse princip- ium efficiens formae ex illa educendae, et consequenter nec totius compositi. At vero loquendo de causa materiali acci- dentium, maius dubium est an eadem causa materialis possit esse efficiens eorundem. Potest autem haec efficientia intel- ligi duplex: una, per naturalem resultantiam, et de hac lo- quendo non est dubium quin possint illae causalitates coni- ungi, et ita dici solet passim, animam, verbi gratia, habere triplicem causalitatem in suas naturales potentias, nempe fi- nalem, materialem et efficientem; et multi censent hoc genus activitatis nec materiae primae repugnare in suam propriam passionem, quae est quantitas. Altera efficientia est per se et</p>	<p>160R 165R 170R 175R</p>	<p>15. It only remains to compare the efficient cause with the material cause, whether each nature can be conjoined in the same thing with re- spect to the same effect. And indeed in speaking about the material cause of natural substances it is certain that the material and efficient causes cannot be conjoined in the same thing in relation to such an effect, since matter cannot be an efficient principle of form as a result of the latter be- ing drawn out and consequently neither can the whole composite. But, on the other hand, when speaking about the material cause of accidents there is more of a doubt about whether the same material cause can be the efficient cause of the same [effects]. But this efficient cause can be understood in two ways. One, through the natural result and concern- ing this way of speaking there is no doubt but that these causalities can be conjoined. In this way it is customarily said everywhere that the soul, for example, has three causalities in its natural potencies, namely, final, material, and efficient. And many think that this genus of activity is not repugnant to prime matter in its proper property, which is quantity. The other kind of efficient cause is <i>per se</i> and through its own action. Con-</p>	<p>Whether matter allows some nature of an end in its entity.</p>
<p>Efficiens an idem esse possit cum materia.</p>				<p>Whether the efficient cause can be the same with the material cause.</p>

per propriam actionem et de hac est maior difficultas; coincidit tamen cum illa quaestione, an omne quod movetur ab alio moveatur, seu (quod idem est) an agens et patiens semper distinguantur, saltem secundum proxima principia agendi et recipiendi, quam postea tractabimus disputando de causa efficienti.

Causae in quatuor genera divisio an adaequata

Instrumenta sub
efficienti, non
materiali causa
collocanda.

16. Circa tertium punctum, an hæc quatuor genera sufficienter dividant causam, solent variae difficultates proponi de causis instrumentariis, positivis et obiectivis. Sed hæc et similia difficultatem non habent, nam causa instrumentalis quaedam species est causae efficientis, ut postea videbimus. Nec potest cum aliquo fundamento reduci ad materialem causam, ut falso excogitavit Philoponus, II *Phys.*, text. 27, nisi fortasse loquamur de dispositionibus materiae, quae solent etiam instrumenta appellari; sed illae nisi efficientiam habeant, revera non sunt instrumenta; si vero efficientiam habent, ut sic non sunt dispositiones neque ad causam materialem ullo modo pertinent, sed ad efficientem, quam vel adjuvant vel eius vicem gerunt. Dispositiva autem causa communiter reducitur ad materialem, quia praeparat materiam ad formam. Sed hæc denominatio solum esse videtur per quamdam attributionem; nam si loquamur cum proprietate, vera dispositio quaedam causa formalis est, non enim disponit nisi informando subiectum; calor enim qui est in ligno non disponit ad formam ignis nisi formaliter calefaciendo lignum; loquor autem de vera ac propria dispositione physica et positiva; nam vulgari modo solet dispositio vocari quaecumque remotio impedimenti, vel quaevis conditio necessaria, ut applicatio ad agendum vel quid simile; et in his nulla est vera causalitas; sed tantum per accidens.

Obiectum cuius
generis circa
potentiam et
actum eius
exerceat
causalitatem.

17. Causam obiectivam appello obiectum respectu potentiae vel actus. In quo obiecto duplex potest habitudo considerari: una est moventis, altera terminantis. Prior respectu potentiae cognoscitivae est causalitas efficiens, sive consid-
18 qui] qua D.

cerning this there is greater difficulty. Nevertheless, it coincides with that question of whether everything that is moved is moved by something else, or (what is the same) whether the agent and patient are always distinguished, at least according to a proximate principle of acting and receiving. We will discuss this later when disputing about the efficient cause.

Whether the division of causes into four genera is adequate

16. Concerning the third point, whether these four genera sufficiently divide cause, various difficulties are usually put forward about instrumental, positive, and objective causes. But these and similar difficulties have no place for instrumental cause is a certain species of efficient cause, as we will see later. Nor can it with any foundation be reduced to the material cause, as Philoponus contrived in *Phys.* II, text. 27, unless perhaps we are speaking about material dispositions which are usually also called instruments. But these are not really instruments unless they have efficiency. But if they have efficiency, as such they are not dispositions nor pertain to the material cause in any way; instead they pertain to the efficient cause which they either aid or carry its change. But a dispositive cause is commonly reduced to a material cause, since it prepares the matter for the form. But this denomination seems only to be through a certain attribution, for if we speak with propriety, a true disposition is a certain formal cause, for it does not dispose except by informing the subject. For the heat which is in wood does not dispose to the form of fire except by formally heating the wood. But I speak about a true and proper physical and positive disposition, for in a common way any removal of an impediment or any necessary condition is called a disposition (for example, an application to acting or something similar). And in these there is no true causality but only *per accidens*.

Instruments
should be classed
as efficient and
not material
causes.

17. I call the objective cause the object with respect to the power or act. Two habitudes can be considered in this object: one is of the mover and the other of the terminating thing. The former with respect to the cognoscitive power is efficient causality. It may be considered

The object of any
genus exercises
causality with
regard to its
potency and act.

30 eretur obiectum quatenus movet imprimendo speciem sive
 quatenus per speciem concurret ad actum; respectu vero po-
 tentiae appetitivae est causalitas finalis vel propria et formalis,
 ut in appetitu rationali, vel materialis et imperfecta, ut in
 sensitivo, quod postea videbimus. Sub posteriori autem re-
 spectu, aliqui reducunt obiectum ad causam finalem, quia
 35 potentia et actus in illud ut in finem tendunt. Neque ob-
 stat quod haec habitudo sit essentialis, quia non repugnat
 quod aliqua res essentialiter sit ordinata ad suum finem.
 Alii ad formalem causam revocant, quatenus obiectum dat
 speciem actui; quidquid enim dat speciem, habet rationem
 40 formae; dicunt autem esse non intrinsecam, sed extrinsecam
 formam. Ego vero libentius negarem obiectum sub hac
 ratione exercere aliquod verum genus causalitatis, sed puri
 termini specificantis, non per verum aliquem influxum qui
 causam constituat, sed per solam habitudinem alterius ad ip-
 sum. Neque Aristoteles unquam illius causae formalis extrin-
 45 secae meminit, nec terminum motus appellavit causam motus,
 quamvis dixerit ab illo sumere speciem; et idem est de
 uno relativo respectu alterius seu de termino relationis ut sic.
 Nec D. Thomas aliter loquitur, ut videre licet I-II, q. 1, a. 3.
 50 Sed haec facilia sunt, ac fere de modo loquendi.

Exemplar an
 distinctum causae
 genus a
 numeratis.
 Plato.

18. Potissima difficultas est in hoc puncto de causa exem-
 plari, quam Plato addit quatuor ab Aristotele numeratis, ut
 constat ex *Timaeo* et *Phaedone*, et refert Seneca, citata epis-
 55 tola 66. Sed de hac materia propter gravitatem eius propriam
 disputationem instituemus. Nunc breviter concedimus Pla-
 toni exemplar veram causalitatem exercere, quod Aristoteles
 non ignoravit, nam hic numerando formam addit et exem-
 plar, et ideo fortasse non est necesse propter eam causam
 augere numerum, quod dicto loco examinabimus.

Divisio causae praedicta sitne immediata

19. Circa quartum videri potest divisio illa immediata, eo
 quod Aristoteles proxime diviserit causam in quatuor illa

⁶From *Phys.* II.3 from the translation in *Commentarii Collegii Conimbricensis Societatis Iesv in octo libros Physicorum Aristotelis Stagiritæ: Alia est forma, et exemplar, quæ essentiae quidem est ratio, atque eius genera, ut harmoniae diapason, duo ad unum, et omnino numerus, et partes, quæ insunt in ratione.*

Causae in
 internam et
 externam divisio,
 altior quam
 praedicta.

30R the object either insofar as it moves by impressing the species or insofar
 as it concurs with the act through the species. But with respect to the
 appetitive power it is final causality either properly and formally, as in
 the case of the rational appetite, or materially and imperfectly, as in the
 case of the sensitive appetite, which we will see later. But with respect
 to the latter [habitude], others reduce the object to the final cause, since
 the power and act tend to it as to an end. Nor is it an obstacle that
 this habitudo is essential, since it is not repugnant that some thing be
 essentially ordered to its end. Others call it back to the formal cause,
 35R insofar as the object gives species to the act. For anything that gives
 species has the nature of a form. But they say that it is not an intrinsic
 form but an extrinsic form. But I would rather deny that the object
 under this aspect exercises any true genus of causality, but of a simple
 specifying *terminus*, not through some true influx which constitutes a
 cause, but through a habitudo alone of another thing to itself. Aristotle
 40R never had this extrinsic formal causes in mind nor did he call a *terminus*
 of motion a cause of motion, although he said that it takes its species from
 it. And the same is true of the one relative with respect to another or of
 the *terminus* of the relation as such. Nor does St. Thomas say otherwise,
 45R as may be seen in [ST] IaIIæ.1.3. But these are easier and generally about
 a manner of speaking.

18. The greatest difficulty in this point is about the exemplar cause,
 which Plato adds to the four numbered by Aristotle, as is clear from the
Timaeus and the *Phaedo* and to which Seneca refers in the cited letter 66
 50R [i.e., 65]. But we will set up its own disputation about this matter on
 account of its gravity. For now we will briefly concede to Plato that the
 exemplar exercises true causality. Aristotle did not ignore this, for here
 in his numbering he adds form and exemplar.⁶ And therefore perhaps
 it is not necessary to increase the number for the sake of this cause. We
 55R will examine this in the stated place.

Whether the division of the mentioned causes is immediate

19. Concerning the fourth [point], this division can seem immediate
 by the fact that Aristotle divided cause into these four members. But,

Whether
 exemplar is a
 distinct genus of
 cause from the
 ones numbered.
 Plato.

A division of
 cause into
 internal and
 external that is
 higher than the
 one mentioned.

5 membra. Sed nihilominus dicendum illam divisionem non
esse immediatam; possunt enim facile convenientiae inter
quaedam ex his membris excogitari, ratione quarum aliae pri-
ores divisiones causae et in pauciora membra constituentur.
Sic ergo potest primo causa dividi in internam et externam;
10 interna rursus in materiam et formam; de quibus dubitari
non potest quin peculiater conveniant in modo causandi;
dant enim esse effectui conferendo illi suamet numero en-
titatem et interne componendo illum; efficiens autem et finis
15 longe aliter causant, et in hoc conveniunt, quod non compo-
nunt intrinsece effectum, et ideo causae extrinsecae commu-
niter appellantur. Igitur in ratione causae abstrahi potest ra-
tio communis materiae et formae quae non sit communis aliis
15 causis, et e converso; ergo recte dividitur causa immediate in
intrinsecam et extrinsecam, et deinde illa in materialem et for-
malem, haec vero in efficientem et finalem. Alio item modo
20 posset alia divisio causae immediatior excogitari; nam tres
aliae causae praeter finalem conveniunt in hoc quod confer-
unt ad esse effectus per realem influxum, ideoque requirunt
existentiam realem ad suas causalitates, ut postea videbimus;
causa autem finalis influit intentionaliter, ideoque causare
25 potest antequam in se realiter existat. Recte igitur dividi
potest causa immediate in realem et intentionalem, stricte
sumendo in priori membro illum terminum realem; nam si
sumatur in tota sua latitudine et transcendentia, etiam causae
finali convenit. Et rursus causa realis dividitur in intrinse-
cam, quae in materiam et formam, et extrinsecam, quae est
30 efficiens, et peculiari ratione et quasi per antonomasiam dici
potest extrinseca; nam, licet finalis causa comparata ad for-
malem et materialem extrinseca etiam sit, comparata tamen
ad efficientem, est quodammodo intrinseca; nam habitudo ad
finem est magis intrinseca unicuique rei et in quibusdam est
35 etiam essentialis.

Causae in realem
rigide et
intentionalem
immediatissima
divisio.

Quatuor causae membra, an atomata

20. De quinto puncto pauca hoc loco dici possunt donec
3 divisionem] visionem D.

5R nevertheless, it should be said that this division is not immediate, for
agreements between certain of these members can easily be thought up,
by reason of which other prior divisions of cause into fewer members are
set up. In this way, therefore, cause can first be divided into internal and
external [causes]. The internal in turn [can be divided] into matter and
form, concerning which it cannot be doubted by that they distinctively
agree in their way of causing. For they give being to the effect by bestow-
10R ing on it their very own entity in number and internally composing it.
But the efficient cause and end cause in a very different way and they agree
in that they do not intrinsically compose the effect. Therefore, they are
commonly called extrinsic causes. For this reason the nature common
to matter and form which is not common to the other causes can be ab-
15R stracted from the nature of cause, and conversely. Therefore, cause it is
right to immediately divide cause into intrinsic and extrinsic and then to
divide the former into material and formal but the latter into efficient
and final. Likewise, in another way another more immediate division of
cause can be thought up, for the three causes other than the final cause
20R agree in that they contribute to the being of the effect through a real in-
flux and therefore they require real existence for their causalities, as we
will see later. But the final cause inflows intentionally and for this reason
can cause before it really exists in itself. Therefore, cause can rightly be
immediately divided into real and intentional, taking strictly in the for-
25R mer member that the *terminus* [be] real. For if it is taken in its whole
latitude and transcendence, the final cause also agrees [with it]. And real
cause, in turn, is divided into intrinsic, which [is divided] into matter and
form, and extrinsic, which is the efficient cause. [The efficient cause] can
be called extrinsic through its distinctive nature and, as it were, through
30R antonomasia. For, although the final cause as compared to the formal
and material is also extrinsic, nevertheless, as compared to the efficient,
it is intrinsic in a certain way. For a habitudo to the end is more intrinsic
to each thing and in certain things it is also essential.

The most
immediate
division of cause
into the rigidly
real and the
intentional.

Whether the four members of cause are atomic

20. Concerning the fifth point there is little to be said in this place until

de singulis causis tractemus, et ideo breviter dicendum est hanc non esse divisionem in ultimas rationes causae; nam sub quocumque illorum membrorum dari possunt variae divisiones. Causa enim materialis quaedam est pura potentia, alia vero est tantum potentia secundum quid. Quae non est divisio tantum materialis (ut ita dicam) secundum entitatem quae est causa, sed etiam est formalis in ratione causae materialis. Nam de ratione formali illius est ut sit potentia, et ideo secundum diversam rationem potentiae receptivae erit diversa ratio causae materialis; quae diversitas attendi etiam potest ex effectibus; nam illa prior est causa materialis substantiae, posterior vero accidentium. Unde prior dici potest causa materialis simpliciter, posterior vero secundum quid, sumendo has voces non ex entitatibus talium causarum, sed ex habitudine ad effectus; nam quoad entitatem materialis causa accidentium esse potest ens simpliciter seu substantia integra; materialis autem causa substantiae tantum esse potest ens secundum quid; tamen quoad causationem seu habitudinem causae, haec causat ens simpliciter, illa secundum quid. Rursus materialis causa substantiae dividitur in materiam corruptibilem vel incorruptibilem substantiarum; causa vero materialis accidentium dividi potest vel in corporalem et spiritualem, vel in proximam aut remotam, vel in eam quae in se sit accidens, vel quae sit substantia, aut partialis aut integra, de quibus omnibus in proximis disputationibus dicam. Atque proportionali modo dividi potest forma in substantialem et accidentialem et utrumque membrum subdividitur in varias formas, iuxta varietatem substantiarum compositarum et accidentium. Causae item efficientis et finalis quamplures sunt divisiones, quae non possunt hic breviter recenseri sed in propriis disputationibus.

21. Dices: si causa potest immediate dividi in pauciora membra et remote in plura, cur Aristoteles potius quadrimembrem illam divisionem quam alias tradidit? Respondetur hoc ipso quod illa divisio est media inter illa extrema, fuisse aptiorem ad doctrinalem divisionem tradendam. Maxime quia membra illa habent rationes et modos causandi magis distinctos et notiores. Adde Aristotelem

we discuss each cause individually. Therefore, it should be said briefly that this is not a division into the ultimate natures of cause, for under various divisions can be given for any of these members. For a certain material cause is pure potency, but another is a potency only *secundum quid*. This division is not only material (if I may speak in this way) according to the entity that is the cause, but is also formal in the nature of the material cause. For with regard to its formal nature it is such that it is potency and therefore there will be different natures of material causes according to the different natures of receptive potencies. This diversity can also be applied by the effects, for the former is the material cause of substance but the latter of accidents. Hence, the former can also be called the material cause *simpliciter* but the latter *secundum quid*, taking these terms not from the entities of such causes but from their habitudes to their effects. For with respect to entity the material cause of accidents can be being *simpliciter* or an integral substance. But the material cause of a substance can only be being *secundum quid*. Still, with respect to the causation or habitude of a cause, the latter causes being *simpliciter*, the former *secundum quid*. The material cause of substance, in turn, is divided into the matter of corruptible and incorruptible substances. But the material cause of accidents can be divided either into corporeal or spiritual, into proximate or remote, into that which is an accident in itself or that which is a substance, or into partial or integral. I will talk about all of these in the next disputations. And form can be divided in a proportional way into substantial and accidental and each member is subdivided into various forms, according to the variety of composite substances and accidents. Likewise, there are as many divisions of efficient and final causes, which cannot briefly be reviewed here but in their proper disputations.

21. You may ask: if cause can be divided immediately into fewer members and remotely into more, why does Aristotle hand down this division into four members rather than another? It is responded that by the very fact that this division is mediate between those extremes it was more suitable for handing down the doctrinal division, especially since these members have natures and modes of causing that are more distinct and better-known. Add that Aristotle did not wholly disregard

Cur nec in summa membra, nec infima sit causa principali divisione partita.

Why cause is not divided into higher or lower members in the principal division.

40 non omnino omisisse, sed insinuasse satis, tam convenientias
harum causarum inter se, quam divisiones earum, ut ex citatis
locis constat.

Qualis sit data divisio

22. In sexto puncto auctores omnes supponendo potius quam
probando vel disputando, docent illam divisionem causae esse
analogam et propter eam causam dicunt non fuisse causam in
5 communi ab Aristotele definitam. Non tamen declarant satis
modum aut rationem huius analogiae, neque a nobis declarari
potest donec rationes singularum causarum exacte tracten-
tur. Et ideo nunc supponamus sententiam illam veram esse
ex communis sententiae auctoritate et ex hac generali ratione,
quod illi modi causarum communes sunt causis accidentium
10 et substantiarum, quae non possunt esse univoce causae, quia
non dant univoce esse, unde nec ratio effectus univoca esse
potest in accidente et substantia; exactiorem vero huius analo-
giae declarationem in praedictum locum remitto.

but sufficiently suggested the agreements among these causes as much as
their divisions, as is clear from the cited places.

What kind of division is given

22. In the sixth point, all the authors—more by assuming it than by
proving or disputing it—teach that this division of cause is analogous and
as a result of this say that cause was not defined in general by Aristotle.
Nevertheless, they do not satisfactorily show the mode or nature of this
5R analogy. Nor can it be shown by us until the nature of each cause has
been accurately discussed. And therefore we assume now that this view
is true by the general authority of the view and for the general reason that
these modes of causes are common to causes of accidents and substances.
Since they do not give univocal being, they cannot be univocal causes.
10R Hence, the nature of effect can be univocal in accident and in substance.
But I refer to a more exact disclosure of this analogy in the mentioned
place.